

Beihett

2

S M3

1276 August 9 Horstmar.

[46]

M3

Bischof Everhard von Münster überweist den Hof Niehoff dem Kloster Barlar.

Everhardus, Dei gratia Monasteriensis episcopus, universis praesentia
 visuris notum facimus, quod nos recepta libera resignatione curtis, quae Nie-
 hoff dicitur, ac domus in Vorde cum suis attinentiis sita in parochia Oster-
 wich a Wilhelmo de Lon, Jutta eius uxore, Gerlaco et Aleide eorum liberis,
 Theoderico fratre dicti Wilhelmi ac Aleide filia Gerlaci fratris ipsius Wilhelmi,

quae iidem jure proprietario possidebant, quaevisimus a nobili viro Ludolpho
 domino de Stenvorde, fidieli nostro, an nos bona huiusmodi sic libere in
 manus nostras resignata possemus conferre libere, cui vellemus, perpetuo
 possidenda; idem vero nobilis habitu tam nobilium quam ministerialium
 nostrorum quam plurium consilio sentenciando diffinivit, quod ipsa bona
 possemus libere conferre, cui vellemus, quae sententia fuit ab omnibus nobili-
 bus et ministerialibus nostris praesentibus approbata. Nos autem consideratis
 meritis dilectorum in Christo Wilhelmi praepositi et conventus in Varlare
 ordinis Praemonstratensis, nostraræ dioecesis, ipsis dicta bona jure proprietario
 contulimus perpetuo possidenda. Actum et sentenciatum praesentibus Gos-
 wino praeposito Daventriensi; Ludolpho et Baldewino nobilibus de Stenvorde
 fratribus; Godescalco de Heck, Hermanno de Legden et Richardo de Legden
 ministerialibus; Bernardo plebano in Horstmare et Luberio nostro capellano
 et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis apud Horstmare in vigilia
 beati Laurentii, anno Domini M°CC°LXX sexto.

¶ pie im Barlare Kopiar S. 100/101.